


B, 5, 5.

N^o 2.

O, 4, 38

Miss 26, n^o 46



Nale sis istis occupationibus, Vir Clarissime, quod
jandiu utrunque nostrum crudelem in modum excrucians: et
enim te procedent quominus suavissimas literas ad me
crebrius des, me vero ut citius officio meo debito justoque
defungar, non patiuntur; etsi maior mea debet esse quere-
la, quam tua, quoniam, cum tu fere omne tempus in Sa-
cro Theologiae studio consumas, profecto non alibi bene-
ficiis utiliterve bonas horas collocare aut potes aut debes:
ego vero qui nihil nisi ineptis (nequid gravius dicam) sed
necessariis officiis vitam sero, non possum non vehementer
dolere non mihi licita ^{respe} tecum viro doctissimo, meique ami-
cissimo maximam vite partem in eruditis sermonibus
consumere. Sed quando quasi quoddam fato meo ita
comparatum est, ut mea vite ratio non aliter constet hoc
tempore, quam si sis ineptis conteratur; dabo tamen ope-
ram, ut aliquid temporis inde subresem, quod possim
in hac studia humanitatis conferre, ut saltem quae
crebris codicillis meis elicere epistolas tuas elegantissi-
mas, quando pro rerum mearum statu ac ratione non
datur ad te ventitare, quod maxime optabam



Epistolam junioris Comitis ad Alexium Collotheum de
Fantilles, quam per Literas petivisti, mitto, neque dubito
quin pro tua erga adolescentem optimam benevolentiam
admodum placitura sit. Illud plane affirmare auctim
si Alexii Collothei iudicio standum sit nihil purius et
elegantius reperiri posse, a quo si tu non desentis tunc ego
juvenem secunum esse jubebis ab invidorum calumniis atq[ue]
obviationibus, si qui forte sunt, quos eximia virtute sua
atq[ue] eruditione comparaverit. Tu velim, ut eam epistola
postquam describendam curaveris, ad nos remittas, quoniam
Sic unum exstat apud nos exemplum, idq[ue] ex ipso *avto-*
grapho descriptum, cum jam ad Alexii manus pervenisset.
Vale Vir Ornatissime, Te nos ama. X Kal Decemb
An D M DCLXXXII

Servus ad omnia obsequia tibi paratiss.

Antonius Rodericus Costius

